Tractatus nouus de Ca-
nonizatione ſanctorum
editus per clariſſimū
Jur. v. Doc. dn̄m
Jacobū Caſtella-
nū de Fara Ca-
nonicū Late
ranenſem.

Incipit tractatus de Canonizatione ſanctoꝝ clari. Iu. v. doc. domini Jacobi Caſtellani de Fara Canonici Lateraneſi.

Quoniam inquit Apoſtolus ſiue manducatis ſiue bibitis/ ſiue aliquid aliud facitis in nomine domini noſtri Jeſu chriſti facite in quo viuimus/ mouemur ⁊ ſumus c. nõ obſeruetis .xxvj. q. vij. ad fi. ⁊ ad corinth. x. ⁊ quia eſt ordo prepoſterus humana prius ſubſidia querere/ poſtea his deficientibus implorare diuina .c. omnis chriſtianus de cõſ. di. i. ⁊ glo. i. ſexti / ⁊ quia humana conſilia caſtigant/ vbi ſe celeſtibus preferunt ſcḋm vale. max. lib. i. ⁊ quia vbi Chriſtus nõ eſt fundamentũ nullius boni operis eſt ſuper edificiũ .i. q. i. cum paulus: Quia deniq3 ex inuocatione diuini nominis ſurgit bonũ initium/ melius mediũ ⁊ optimus finis autẽ. quom. opor. epõs in prin. ⁊ glo. in rub. inſtitutio. Ideo in hoc quantulocũq3 tractatu ante omnia eius opem ac fauorem imploro: qui in .xxx. pſal. per prophetã pronunciat/ intellectum tibi dabo ⁊ inſtruam te in via hac qua gradieris firmabo ſuper te oculos meos: ⁊ in .lxxx. pſal. Ego enim ſum dñs deus tuus/ dilata os tuũ ⁊ ego implebo illud: ⁊ exodi iiij. ad Moyſen: perge igit̃ ⁊ ego ero in ore tuo doceboq3 qḋ loquaris: Et imperator in .l. in nomine domini .C. de officio prefecti pret. afr. dicit: Ad omnia cõſilia omneſq3 actus ſemper per deũ progredimur / ⁊ facit auten. de armis in prin. ⁊ auten. de queſtore in prin. ⁊ .l. i. in prin. C. de vet. iu. enucl.

¶ Diuiditur autẽ hic tractatus in Nouem queſtiones principales/ quaꝝ quelibet ſuas acceſſorias queſtiones habebit/ ſicut .ix. ſunt ordines angeloꝝ .c. hi duo de cõſ. di. i.

¶ Prima queſtio principalis erit/ quid ſit canonizatio ⁊ incidẽter an quis poſſit canonizari ad ordinẽ aploꝝ.

¶ Secunda vnde dicatur canonizatio.

¶ Tertia quis poſſit canonizare ſanctos / ⁊ incidenter an epi/ archiepi / patriarche/ metropolitani/ an legatus de latere/ an collegium Cardinaliũ ſede vacante / an concilium prouinciale / an concilium vniuerſale: an papa in canonizatione teneatur requirere conſilium cardinalium.

❧ B. Antonij Amiternini Tetraſticon.

Sanctorum referenda tibi que nomina in albo
Sint Leo/ perfectum regula monſtrat iter:
Id ſtudijs Jacobe tuis debere fatemur:
Multa quidem ⁊ magna hec pagina parua docet.

Errata in imprimendo cõmiſſa que animaduerti potuerunt.

A

Secundo folio: Canoizandus: pro canonizandus. ❧ econtra: pro contra.

B

Primo folio: ratio dignitates: pro dignitatis. ❧ Tertio folio verſi. dẽ quoqꝫ: pro idem quoqꝫ

C

Primo folio: de cõſilio fratrum/ ⁊ approbante concilij: pro de conſilio fratrum ⁊ concilij.
Secundo folio: approbante cõcilio: pro preſente concilio.
Sed e contra: pro ſed contra.
Quarto folio: Bar. in .d. trac. in eodẽ verſic. pro in verſiculo qualitas ſine ſubſtantia.

D

In quarto folio: pro dei defenſione: debet eſſe: pro fidei defenſione.

G

Tertio folio: imputatur ei qui eſt minus credulus: pro nimis credulus.

H iij

Quarto folio: ita diſtinguif: pro ita diſtinguit.

Rome in edibus Marcelli Silber al's Franck
M. d. vigeſimoprimo .vj. kal. Junij.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA